

præbend. Monacell. tom. 1. tit. 4. formul. 7. num. 8. Barbosa, & alii passim affirmantes, quod Episcopus licentiam absentiam ultra tres menses extendere non possit, nisi ex causis expressis in Jure, & justa formam cap. 88 Unici, de Cleric. non resident. in 6. Episcopus non potest dispensare, ut dignitas in ecclesia cathedrali non habens curam animarum possit conferri illi, qui non habuerit 22. annos completos; Sacra Congr. Concil. die 20. Sept. 1631.

89 Episcopus non potest dispensare, ut habens duo beneficia etiam simplicia, & ad honestam Clerici sustentationem non sufficientia, possit obtinere, & retinere tertium beneficium, etiamsi omnia simul ad Beneficium sustentationem non sufficiant; sic fuit pluries declaratum à Sacra. Congregat. Concil. & signanter die 10. Maji 1607. & die 16. Aprilis 1628. in una Anagnina sic: Beneficium tertium simplex retineri non potest absque provisione Sedis Apostolicæ, quamvis duo priora sint ad obtinendam sustentationem insufficientia, & sic in Aquilana 11. Augusti 1732. & hæc est vera mens Sacri Concil. Trident. ut restatur Fagnan. in cap. Cum jam dudum 18. de Præbend. num. 71. de mente ipsius Sacra. Congr. Concilii, quæ ut dicit ipse, sæpe sæpius in casibus contingentibus respondit: Episcopum habentem unum simplex beneficium, quod non sufficiat ad ejus sustentationem, posse aliud simile conferre, sed non posse ultra duo absque dispensatione Sedis Apostolicæ, etiamsi duo omnia simul ad illius sustentationem non sufficiant. Immo neque potest Episcopus dispensare, ut quis retineat tertium beneficium simplex, etiamsi esset à Jure patronatus, ut decrevit Sacra. Congr. Concil. in una Boven. 13. Nov. 1629. in qua cum dubitatum fuisset, an habens duo beneficia simplicia, de Jure patronatus ad presentationem patronorum auctoritate ordinaria assequi, & retinere possit tertium absque dispensatione apostolica? Sacra Congr. censuit, tertium beneficium simplex, etiamsi de Jure patronatus, non posse retineri cum duobus aliis absque

91 Sedis Apostolicæ dispensatione. Episcopus non potest Beneficium addere nova onera in fundatione non apposita, aut à sacris canonibus non imposita; Barbosa supra Concil. Trident. cap. 5. session. 25. de reform. n. 7. Ricci in prax. part. 4. resolut. 468. num. 2. (Ad rem lit. B. pag. 355. in add. bisp. vers. Nonnumquam:) ubi hoc ampliat, etiamsi aliquo tempore ex sua voluntate præstiterint; Garzias de benef. part. 7. cap. 1. num. 111. & 112. Fagnan. in cap. Conquerente num. 24. & 25. de Cleric. non resident. & etiamsi consensus Canonico- rum antecessorum intercessisset; Ric. loc. cit. resolut. 463. per tot. Sacra. Congr. Concil. in Sarnen. 3. Julii 1690. in qua responsum fuit, Episcopum non potuisse addere onus Penitentiarie canonice erecto per testatorem cum solo onere missarum, & in Asten. 14. Februar. 1699. in qua fuit responsum, onus personalis residentie, & celebrationis missarum per se ipsum à fundatore non injunctum, non potuisse addi per executores testamentarium, neque in provisione Episcopi.

92 Episcopus non potest primam præbendam vacantem assignare pro Penitentiaro, quamvis in loco videretur magis necessarius, sed prius debet erigi theologicus propter verba Concil. sess. 5. cap. 1. de reform. Si tamen in aliqua civitate fuerit judicatum magis expediens, ut prius de Penitentiaro, quam de Theologo provideatur, habenda est confirmatio à Sede Apostolica ad omnem difficultatem tollendam; Sac. Cong. Concil. in Civitate Castellana 17. Novemb. 1629. Episcopus non potest conferre canonicatus Penitentiarie, & Theologalem nisi per viam concursus ex novissima dispositione Bened. XIII. in constitut. incipient. Pastoralis. Episcopus non potest sine consensu Capituli canonicatum de novo erigere; Sac. Cong. Concil. in Clodien. 5. Julii 1608. in Aquinaten. 20. Februar. 1677. in Sarnen. 20. Septemb. 1694. & in Sabinen. 14. April. 1696. Episcopus non potest transferre in cathedralem Capellanos habentes servitium chori in capella prope cathedralem existentem ob parvum numerum capellanorum, propter quod minus decenter ibidem chorus retineatur; Sacra. Congr. Concil. in Burgen. 12. Augusti

1618. Episcopus non potest ad privationem procedere 96 ob non susceptos Ordines contra Canonicos suæ ecclesie absque solemnitate à Concilio requisita; Sic decisum fuisse à Sacra. Congr. Concil. refert Aldan. in compend. canon. resolut. lib. 3. tit. 24. num. 125. Episcopus non potest cogere, sed hortationibus invitare Clericos, & Presbyteros non Confessarios ad interessendum conferentie casuum conscientie; Sic pluries declaravit Sacra. Congr. Concil. & novissime in Civitat. Plebis 15. Mart. 1692. in qua collatis decretis, quæ ad invicem videbantur pugnare, ad dubium propositum: An Episcopus possit compellere Canonicos Confessarios, ceterosque presbyteros cathedralis sub pana pecuniaria, ut accederent ad Congregationem casuum conscientie? Responsum fuit, posse compellere omnes Sacerdotes seculares Confessarios, etiamsi Canonici sint, ceteros autem hortari. Hæc resolutio, quæ cum antiquis decretis à Pignatelli. consult. 18. tom. 8. à Panimoll. decis. 1. annotat. 18. num. 20. concordata fuit, deinde confirmata à Congr. partiarum deputata in Vigilien. Synodi 20. Maji 1699. in responsione ad 35. decretum, & iterum in Congr. Generali in Arimin. 18. Julii ejusdem anni, & prius in alia S. Angeli Bisaccorum 14. Aprilis 1690.

Episcopus, alicujus Prelati, & Superiores monasteriorum monialium clausuram ingredi non possunt, nisi in casu necessitatis, & non nisi sociati à paucis senioribus, & ecclesiasticis viris; Sic expresse Gregorius XIII. in constitut. incipient. Dubiis: ubi volens declarare dubium exortum super intelligentia alterius sui constitutionis incipient. Ubi gratia, sic ait: Constitutione item nostra fuit provisum, ne cui impateretur, nisi in casibus necessitatis septa minus eriorum (monialium) ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuisse scilicet circa personas, quæ ulterius ad id licentiam non indigent, sed sui auctoritate officii nuntiar, an liceat eis pro libito sua voluntatis hujusmodi septa ingredi, vel potius servare debeant ipsi quoque regulam à Concilio præscriptam. Hæc in proemio, & in dispositiva; Nos omnis hesitationis materiam tollere, & etiam scandali præcidere, ac Sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate apostolica declaramus, Prelatos omnes tam seculares, quam Regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum monialium quovis modo incumbit, facultati sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita demum uti posse, ut id faciunt in casibus necessitatis, & à paucis, & iisque senioribus, ac Religiosis personis comitati &c. & etiam expressum in Jure, ut in cap. Ut juxta 17. de Offic. Ordinarii, & in Clementina Attendentes de statu Monachorum, §. Ipsos autem, & declaratum à Sacra. Congr. Episc. & Regul. in Gallipolitana 22. Maji 1615. his verbis: Congregatio decrevit, Episcopum non nisi in necessitatibus articulo, & gravibus, matureque etatis ecclesiasticis personis associatum monasteriorum monialium septa ingredi posse; & eadem repetit Gavant. in Manual. Episcoporum. verb. Monialium Clausura num. 46. ubi ait; Quibus cura est monialium, non possunt ingredi, nisi in casibus necessitatis, cum paucis senioribus, ac Religiosis viris. Unde non potest Episcopus secum ducere ulios laicos tamquam comites, & socios, solum quia sint sui, aut alicujus Monialis amici, aut videre curiosi; cap. Ut juxta 17. de Offic. Ordinarii, ibi: Firmiter inhibemus, ut nullus de cetero secularis... secum Visitationis tempore introducat, & cit. const. incip. Ut dubiis ibi: A paucis, & iisque senioribus, & Religiosis personis comitati.

Nec valet objicere, quod dicta Clementina Attendentes, de stat. Monachorum, §. Ipsos autem, loquitur simpliciter de aliis viris honestis, & matis, & non distinguit, an debeant esse Clerici, vel Laici; non valet, inquam, quia licet id non declaravit dicta Clementina, declaravit tamen ex post Gregorius XIII. in dict. constit. incipient. Dubiis: per allata verba, & Sacra Congregatio Episcop. & Regular. in relata Gallipolitana, quæ etiam alibi semper prohibuit laicos ullo modo intervenire visitationi monasteriorum monialium, ut in Tavrisina 20. Novemb. 1601. quæ habetur in originali registro fol. 105. etiamsi essent officiales, seu

Sanctissimi ejusdem monasterii, ut in Genuen. 16. Januar. 1607. in registro fol. 2. & 3. & in Lucana 21. Januarii 1616. fol. 15. uti refert, & tenet Fagnan. in cit. cap. ut juxta 17. de Offic. Ordinarii. num. 23. Si tamen Episcopus occasione ingressus ad succurrendum necessitati, vel ad promovendam utilitatem monasterii indigeret consilio, & auxilio alicujus periti laici, tunc posset unum, aut plures secum ducere ad talem solum finem, quia tunc laicus, non tamquam comes, & socius ingrederetur, quod est prohibitum, sed tamquam peritus necessarius, prout deducitur ex aliqua ejusdem Sacra. Congr. resolutione emanata 18. Febr. 1593. quam refert, & originaliter in Archivio Tragarien. servari restatur Pax Jord. elucidrat. tom. 2. lib. 7. tit. 12. n. 103. in qua sic habetur: Nel visitare i Monasteri delle Monache entrino con V. S. o il suo Vicario solamente persone Religiose, ed oneste secondo la Bolla di Pio V. e non d'entri alcun Laico, se non quando l'Ordinario lo giudicasse necessario per alcun giusto rispetto.

102 Numerus personarum qualitates requisitas habentium, quas Episcopus potest secum introducere in clausuram monialium, quamvis in dict. constitutione Gregorii XIII. non sit determinatus, tamen non debet esse major, quam octo, ut recte refert Fagnanus in cit. cap. Ut juxta n. m. 30. his verbis: Pondera primo, nam in declaratoria Gregorii non determinatur numerus personarum, quas Prelati possunt secum ducere intra septa monasterii monialium, determinatur tamen in prædicta Clementina Attendentes, de statu Monachorum, à qua constituitur Gregorii recipi interpretationem passivam juxta in leg. 2. Cod. de Notali. Unde si Visitatores introducerent plures, quam octo ibi (id est in dicta Clementina) præfinitas utique panas constitutionis non evaderent, & hoc placuit. Nam, ut ipse Fagnan. num. 31. & sequent. probat, cum significatio illius verbi paucis in Jure sit varia, non valet restringere dictum numerum, sed arbitrio judicantis relinquatur, ut notat Gloss. in cap. Cupientes §. Ceterum, in verb. Contradictum paucitas, de election. in 6. & in cap. Statutum, §. Insuper in verb. Paucis, de rescript. in 6. Arbitrium vero ad Juris correctionem non extenditur, cum potius debeat à Jure regulari, ut notat Bart. in Extrav. Ad reprimendum in verb. videbitur num. 8. Cesar de Glass. decis. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. & 4. de sentent. & re judicata. Rota part. 7. recent. decis. 264. num. 1. Unde cum in dict. Clement. Attendentes, præfixus sit numerus ad octo personas, talis numerus est attendendus, & sic intelligendo verba illa à paucis comitati declaratoria Gregorii est conformis prædictæ Clementina Attendentes, & in specie quod pauci dicantur octo, notat Bartol. in leg. Scire etiam oportet num. 1. ff. de excusat. tutor. & concordare videtur Pirhing. lib. 1. decret. tit. 31. de Offic. Ordinarii num. 98. vers. Notandum terio, ubi loquens de eadem re concludit sic: Verum Constitutio hujus cap. locum tantum habet, quando visitantur monasteria virorum, in visitatione vero monasteriorum monialium servandum est, quod statutum in Clementina 2. §. Ipsos autem Visitatores, de statu Monachorum, ubi definitur numerus admittendorum tempore visitationis monialium &c. Ex quibus recte refert Monacell. tom. 3. tit. 1. formul. 41. num. 16. quod Episcopus, & quilibet alius Prelatus Visitor excedens dictum numerum octo, penas constitutionis Gregorii incurrit: qui vero dicto numero contentatur, legem non lædit; qui autem ultra minor, melius facit.

104 Episcopus contrafaciens dispositioni dictæ constituit Gregorii XIII. incipient. Dubiis, pro prima vice incurrit interdictionem ab ingressu ecclesie, pro secunda incurrit suspensionem à munere pontificali, & à divinis, & pro tertia, ac deinceps incurrit excommunicationem ipso facto absque alia declaratione, textu expresso in dicta constitut. ibi: Quod si contrafecerint, eadem auctoritate statuimus, qui pontificali dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qui contrafecerint, ab ingressu ecclesie interdictionem, pro secunda à munere pontificali, & à divinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione

105 excommunicatos existere. Absolutio tamen ab istis cen-

suris, in quas incidit Episcopus, qui sui auctoritate officii septa monasterii monialium ingrediunt, non servata forma dictæ constitutionis Gregorii XIII. non est Papæ reservata, unde potest ab inferiore absolvi, cum Pontifex absolutionem sibi non retinuerit, ut late probat Fagnan. in cap. Nuper 29. de sentent. excommunicato num. 38.

Episcopus nequit delegare simplici Sacerdoti facultatem benedicendi sacra paramenta, nisi ad hoc habeat speciale privilegium Sedis Apostolicæ, à qua tamen interdum conceditur personis in dignitate ecclesiastica constitutis, dummodo in eis non sit adhibenda sacra unctio, vel oleum sanctum, quæ ab ipso tantum Episcopo ordinato, & consecrato benedicenda, inungenda, & consecranda sunt, ut censuit Sacra. Rit. Congr. in Brixien. 9. Octobris 1616. in Imolen. 4. Novemb. 1615. in Januen. 12. & 14. Maii 1616. in Saonen. 3. Decembr. 1616. in Taurinen. in Pistorien. & Tarvisina 2. Maii 1619. in Novarien. 21. Martii 1620. in Tridentina 7. Augusti 1621. & in Caputaquen. 20. Julii 1730. Et de facto hæc facultas benedicendi paramenta, & ecclesiastica ornamenta, & vasa, in quibus non adhibetur sacra unctio, fuit concessa diversis Archidiaconis, Decanis, Archipresbyteris, aliisque personis ecclesiasticis à Sacra. Congr. Rit. & signanter in Aquilejens. 20. April. 1599. in Elven. 17. Maii 1600. in Laudunen. 29. Januarii 1603. in Zamoren. 15. Novemb. 1603. in Muren. 18. Novemb. 1606. in Ruben. 9. Maii 1609. in Augustana 12. April. 1614. & in Gnermen. 4. Septemb. 1623. quod clare denotat, non posse Episcopum hanc facultatem concedere sine speciali privilegio Sedis Apostolicæ.

Episcopus non potest recipere munera occasione receptionis habitus, seu emissionis professionis monialium. Clemens VIII. in Constit. de largitione munerum incipient. Religiosæ Congregationes, & expresse Sacra. Congr. Episcop. & Regul. in Aversana 20. Januarii 1561. his verbis: Non liceat Episcopis, cum Novitia vestiantur, vel professionem emittunt, à propinquis, vel ab alio quocumque dona tam comestibilia, quam linea etiam parvi valoris accipere, neque ab Abbatibus in ingressu officii, sed ab eisdem comestibilia tantum in aliquibus solemnitatibus nomine totius monasterii, etiamsi antiquissima inoleverit consuetudo, & Taxa Innocentiana. Episcopus, & quilibet alius Superior Ordinarius in his transgressor juxta tenorem dictæ Constitutionis Clementis VIII. teneatur ad restitutionem, quatenus munera non comestibilia, & præter formam alterius Bullæ Urbani VIII. incipient. Nuper à congregatione: moderatoria, & declaratoria, & confirmatoria illius Clementis VIII. recipiat, adeo ut neque à Summo Penitentiaro (si munus summodum scutorum decem excedat) absolvi possit, nisi facta restitutione, prout patet ex novissima constitutione Innocentii XII. declaratoria facultatis Cardinalis Penitentiarum emanata tertio nonas Septembris 1692. incipient. Romanus Pontifex: in qua §. 17. sic expresse habetur: Munera à Regularibus contra recolent. mem. Clementis Papæ VIII. pariter prædecessoris nostri anno Incarnationis præfata 1594. terdecimo Kal. Julii editam constituit, ultra valorem decem scutorum monetæ recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi. Infra vero prædictum valorem, non nisi facta arbitrio ipsius Majoris Penitentiarum, seu per eum eligendi Confessarii clemyntina, quæ in beneficium religionis, seu conventus, cui de Jure faciendâ esset restitutio, si caute fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi.

Episcopus, qui habet congruam pinguem excedentem taxam à Concilio præscriptam, non potest exigere charitativum subsidium. Sacra. Congr. Concil. in Gerunden. 17. Februar. 1663. & Sacra. Congr. Episcop. in Polistatens. 19. April. 1697. Episcopus non potest prohibere, quod Judices synodales, aut capitulum non valeant uti opera alterius notarii, quam cancellarii episcopalis, præterquam in visitatione. Sacra. Congr. Episcop. in Neritonens. 15. Octobris 1613. Immo nec etiam quoad moniales pro instrumentis depositorum do-

Sanctissimi ejusdem monasterii, ut in Genuen. 16. Januar. 1607. in registro fol. 2. & 3. & in Lucana 21. Januarii 1616. fol. 15. uti refert, & tenet Fagnan. in cit. cap. ut juxta 17. de Offic. Ordinarii. num. 23. Si tamen Episcopus occasione ingressus ad succurrendum necessitati, vel ad promovendam utilitatem monasterii indigeret consilio, & auxilio alicujus periti laici, tunc posset unum, aut plures secum ducere ad talem solum finem, quia tunc laicus, non tamquam comes, & socius ingrederetur, quod est prohibitum, sed tamquam peritus necessarius, prout deducitur ex aliqua ejusdem Sacra. Congr. resolutione emanata 18. Febr. 1593. quam refert, & originaliter in Archivio Tragarien. servari restatur Pax Jord. elucidrat. tom. 2. lib. 7. tit. 12. n. 103. in qua sic habetur: Nel visitare i Monasteri delle Monache entrino con V. S. o il suo Vicario solamente persone Religiose, ed oneste secondo la Bolla di Pio V. e non d'entri alcun Laico, se non quando l'Ordinario lo giudicasse necessario per alcun giusto rispetto.

102 Numerus personarum qualitates requisitas habentium, quas Episcopus potest secum introducere in clausuram monialium, quamvis in dict. constitutione Gregorii XIII. non sit determinatus, tamen non debet esse major, quam octo, ut recte refert Fagnanus in cit. cap. Ut juxta n. m. 30. his verbis: Pondera primo, nam in declaratoria Gregorii non determinatur numerus personarum, quas Prelati possunt secum ducere intra septa monasterii monialium, determinatur tamen in prædicta Clementina Attendentes, de statu Monachorum, à qua constituitur Gregorii recipi interpretationem passivam juxta in leg. 2. Cod. de Notali. Unde si Visitatores introducerent plures, quam octo ibi (id est in dicta Clementina) præfinitas utique panas constitutionis non evaderent, & hoc placuit. Nam, ut ipse Fagnan. num. 31. & sequent. probat, cum significatio illius verbi paucis in Jure sit varia, non valet restringere dictum numerum, sed arbitrio judicantis relinquatur, ut notat Gloss. in cap. Cupientes §. Ceterum, in verb. Contradictum paucitas, de election. in 6. & in cap. Statutum, §. Insuper in verb. Paucis, de rescript. in 6. Arbitrium vero ad Juris correctionem non extenditur, cum potius debeat à Jure regulari, ut notat Bart. in Extrav. Ad reprimendum in verb. videbitur num. 8. Cesar de Glass. decis. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. & 4. de sentent. & re judicata. Rota part. 7. recent. decis. 264. num. 1. Unde cum in dict. Clement. Attendentes, præfixus sit numerus ad octo personas, talis numerus est attendendus, & sic intelligendo verba illa à paucis comitati declaratoria Gregorii est conformis prædictæ Clementina Attendentes, & in specie quod pauci dicantur octo, notat Bartol. in leg. Scire etiam oportet num. 1. ff. de excusat. tutor. & concordare videtur Pirhing. lib. 1. decret. tit. 31. de Offic. Ordinarii num. 98. vers. Notandum terio, ubi loquens de eadem re concludit sic: Verum Constitutio hujus cap. locum tantum habet, quando visitantur monasteria virorum, in visitatione vero monasteriorum monialium servandum est, quod statutum in Clementina 2. §. Ipsos autem Visitatores, de statu Monachorum, ubi definitur numerus admittendorum tempore visitationis monialium &c. Ex quibus recte refert Monacell. tom. 3. tit. 1. formul. 41. num. 16. quod Episcopus, & quilibet alius Prelatus Visitor excedens dictum numerum octo, penas constitutionis Gregorii incurrit: qui vero dicto numero contentatur, legem non lædit; qui autem ultra minor, melius facit.

104 Episcopus contrafaciens dispositioni dictæ constituit Gregorii XIII. incipient. Dubiis, pro prima vice incurrit interdictionem ab ingressu ecclesie, pro secunda incurrit suspensionem à munere pontificali, & à divinis, & pro tertia, ac deinceps incurrit excommunicationem ipso facto absque alia declaratione, textu expresso in dicta constitut. ibi: Quod si contrafecerint, eadem auctoritate statuimus, qui pontificali dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qui contrafecerint, ab ingressu ecclesie interdictionem, pro secunda à munere pontificali, & à divinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione

105 excommunicatos existere. Absolutio tamen ab istis cen-

suris, in quas incidit Episcopus, qui sui auctoritate officii septa monasterii monialium ingrediunt, non servata forma dictæ constitutionis Gregorii XIII. non est Papæ reservata, unde potest ab inferiore absolvi, cum Pontifex absolutionem sibi non retinuerit, ut late probat Fagnan. in cap. Nuper 29. de sentent. excommunicato num. 38.

Episcopus nequit delegare simplici Sacerdoti facultatem benedicendi sacra paramenta, nisi ad hoc habeat speciale privilegium Sedis Apostolicæ, à qua tamen interdum conceditur personis in dignitate ecclesiastica constitutis, dummodo in eis non sit adhibenda sacra unctio, vel oleum sanctum, quæ ab ipso tantum Episcopo ordinato, & consecrato benedicenda, inungenda, & consecranda sunt, ut censuit Sacra. Rit. Congr. in Brixien. 9. Octobris 1616. in Imolen. 4. Novemb. 1615. in Januen. 12. & 14. Maii 1616. in Saonen. 3. Decembr. 1616. in Taurinen. in Pistorien. & Tarvisina 2. Maii 1619. in Novarien. 21. Martii 1620. in Tridentina 7. Augusti 1621. & in Caputaquen. 20. Julii 1730. Et de facto hæc facultas benedicendi paramenta, & ecclesiastica ornamenta, & vasa, in quibus non adhibetur sacra unctio, fuit concessa diversis Archidiaconis, Decanis, Archipresbyteris, aliisque personis ecclesiasticis à Sacra. Congr. Rit. & signanter in Aquilejens. 20. April. 1599. in Elven. 17. Maii 1600. in Laudunen. 29. Januarii 1603. in Zamoren. 15. Novemb. 1603. in Muren. 18. Novemb. 1606. in Ruben. 9. Maii 1609. in Augustana 12. April. 1614. & in Gnermen. 4. Septemb. 1623. quod clare denotat, non posse Episcopum hanc facultatem concedere sine speciali privilegio Sedis Apostolicæ.

Episcopus non potest recipere munera occasione receptionis habitus, seu emissionis professionis monialium. Clemens VIII. in Constit. de largitione munerum incipient. Religiosæ Congregationes, & expresse Sacra. Congr. Episcop. & Regul. in Aversana 20. Januarii 1561. his verbis: Non liceat Episcopis, cum Novitia vestiantur, vel professionem emittunt, à propinquis, vel ab alio quocumque dona tam comestibilia, quam linea etiam parvi valoris accipere, neque ab Abbatibus in ingressu officii, sed ab eisdem comestibilia tantum in aliquibus solemnitatibus nomine totius monasterii, etiamsi antiquissima inoleverit consuetudo, & Taxa Innocentiana. Episcopus, & quilibet alius Superior Ordinarius in his transgressor juxta tenorem dictæ Constitutionis Clementis VIII. teneatur ad restitutionem, quatenus munera non comestibilia, & præter formam alterius Bullæ Urbani VIII. incipient. Nuper à congregatione: moderatoria, & declaratoria, & confirmatoria illius Clementis VIII. recipiat, adeo ut neque à Summo Penitentiaro (si munus summodum scutorum decem excedat) absolvi possit, nisi facta restitutione, prout patet ex novissima constitutione Innocentii XII. declaratoria facultatis Cardinalis Penitentiarum emanata tertio nonas Septembris 1692. incipient. Romanus Pontifex: in qua §. 17. sic expresse habetur: Munera à Regularibus contra recolent. mem. Clementis Papæ VIII. pariter prædecessoris nostri anno Incarnationis præfata 1594. terdecimo Kal. Julii editam constituit, ultra valorem decem scutorum monetæ recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi. Infra vero prædictum valorem, non nisi facta arbitrio ipsius Majoris Penitentiarum, seu per eum eligendi Confessarii clemyntina, quæ in beneficium religionis, seu conventus, cui de Jure faciendâ esset restitutio, si caute fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi.

Episcopus, qui habet congruam pinguem excedentem taxam à Concilio præscriptam, non potest exigere charitativum subsidium. Sacra. Congr. Concil. in Gerunden. 17. Februar. 1663. & Sacra. Congr. Episcop. in Polistatens. 19. April. 1697. Episcopus non potest prohibere, quod Judices synodales, aut capitulum non valeant uti opera alterius notarii, quam cancellarii episcopalis, præterquam in visitatione. Sacra. Congr. Episcop. in Neritonens. 15. Octobris 1613. Immo nec etiam quoad moniales pro instrumentis depositorum do-



talium; possunt enim talia instrumenta rogari a quolibet notario ad arbitrium monialium, dummodo exhibeatur copia authentica in cancellaria episcopali. **Sacra Congregat. Episcoporum. in Aquilana 8. Novembris 1652.** Quinimo nec pro conficiendis instrumentis censuum, & aliorum quorumcumque contractuum. **Sacra Congregat. Episcoporum. in Foro semprenon. 20. Maii 1661.** Episcopus, sive ejus Delegatus non potest pro revisione computorum locorum piorum, mercedem, seu propinam exigere, sed gratis hoc munus tenetur implere, non obstante quacumque contraria consuetudine, prout mandat taxa Innocentiana; & ratio clara est, quia Ordinarius habet redditus mensz, ut onera officii susineat; c. Statutum, de rescriptis. in 6. ubi plane Passerin §. Si quid autem d. n. 369. cum seq. & sic **Sacra Congregat. Concil. in Paternitana 4. Martii 1690.** Episcopus non potest pro administratione sacramenti Confirmationis in locis diocesis procuratorem exigere. **Sacra Congregat. Episcoporum. in Amalphaniana 12. Junii 1693.** & **Sacra Congregat. Concil. in eadem Amalphaniana 18. Julii 1699.** in responsione ad secundum: Et taxa Innocentiana his verbis: *Non potest exigere emolumento alcuno, cost in denaro, come in qualunque altra cosa in tutto quello, che riguarda l' amministrazione de' Sacramenti.* Episcopus non potest taxare in pecunia id, quod pro victu necessario sibi contingeret visitando, sed victualia tantum recipere debet, neque alia utensilia, velturas equorum, & expensas pretendere, quia nomine visitationum veniunt tantum ea, quae consistunt in victu. **Sacra Congregat. Concil. in Larinen. 12. Aprilis 1698.** & in d. Amalphaniana 18. Julii 1699. in responsione ad tertium.

110 Episcopus non potest concedere nec permittere, ut Confessarii ingrediantur clausuram monialium pro funere peragendo; constitutio enim Alexandri VII. incipiens, Felicit: specificat actus ad licitum ingressum in clausuram, adjecta dictione nisi, quae est exclusiva ceterorum per Sperellum decis. 66. num. 32. unde cum ibi Pontifex inter casus ad licitum ingressum non enumeret nisi sequentes, scilicet: *Nisi ad sacramenta Penitentiae, Eucharistiae, & Extreme Unctionis ministranda monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, vel ad commendandam animam Agonizantium;* ingressus pro funere agendo videtur aperte prohibitus, & sic jam expresse decrevit **Sacra Congregat. Episcoporum. 10. Martii 1577.** & 30. Januarii 1582. & 4. Septembris 1583. ubi semper respondit non permitti, nec licere Confessario ingredi in clausuram pro funere agendo in sepulchrum monialium. Neque consuetudo excusat a censura inflicta adversus violatores clausurae, nec ab ea, quae habetur in d. constituti. Alexandri VII. qui omnibus, & singulis etiam consuetudinibus quoad ea, quae statutis in d. constitutione adversantur, expresse, & specialiter derogat, sublata cuilibet facultate, & auctoritate aliter iudicandi, & interpretandi, ac adjecta clausula decreti irritantis, & sic tenent **Pax Jordan. t. 2. lib. 7. tit. 12. n. 28. vers. Item neque praetextu, & num. 173. Nicol. in Placo. verb. Sepultura num. 6. Monacell. tom. 1. tit. 9. formal. 4. num. 7. 8. & 9. Matthaeus. Officialia Curiae cap. 13. num. 9.** & alii passim. Episcopus non potest permittere, quod puella educanda recipiantur in monasterium, nisi sint Sacrae Congregat. licentia suffulta. **Sacra Congregat. Episcoporum. in decreto generali emanato 17. Maii 1603.** his verbis: *Nullatenus permittant Episcopi puellas educationis causa in sanctimonialium monasteria introduci, nisi Sacrae Congregationis licentia suffulta.* Et si alicubi reperiretur introducta aliqua puella educationis gratia absque licentia Sacrae Congregat. Superioris, aut

111 Episcopus, qui id permiserit, esset incurus excommunicationem, prout **Sacra Congregat. 9. Augusti 1594.** monuit Archiepiscopum Pragensem, qui hoc attentaverat.

112 Episcopus non debet auferre Monialibus jus, quod habent eligendi officiales; libertas enim tales officiales eligendi non est ab eis auferenda, neque ad certas personas coartanda, quoties electio fiat de personis aetate, moribus, & experientia habilibus, ut declaravit **Sacra Congregat. Episcoporum. in Surrenna 31. Januarii, & 12.**

Maii 1717. & in Januaria. 12. Junii 1693. Neque debet, & potest Episcopus tale jus auferre a laicis, qui illud habent. **Sacra Congregat. Episcoporum. in Surrenna 4. Novembris 1698.** in qua pretendente Archiepiscopo nominationem Deputatorum monasterii Monialis SS. Trinitatis per magistrum civitatis (ad quem jus nominandi spectabat) factam non admittere, eosque ad libitum removere, ac administrationem reddituum ejus impedire, & prohibere, partibus auditis prodiit rescriptum: *Nominationem Deputatorum faciendam esse a novo Syndico Civitatis, & electis competere administrationem cum superintendentia Archiepiscopi ad formam Concilii c. 8. & g. sess. 22.* Episcopus non debet, nec potest cogere simplices Sacerdotes, qui non habent officium, neque beneficium in ecclesia Cathedrali, ut inserviant ibi in functionibus ecclesiasticis, seu munere Diaconi, & Subdiaconi, in missis cantatis, non obstante exiguo numero Canonico, ut pluries declaravit **Sacra Congregat. Concil. apud Nicol. Lucubrati. cam. lib. 1. num. 3. & 4. & in Sarnen. servitii Ecclesiae 17. Junii 1690.** in Nulius S. Laurentii in campo 27. Januarii 1691. in Auximana 26. Novembris 1701. & 19. Augusti 1702. & in Signina 15. Novembris 1703. Et de simplicibus Sacerdotibus, quod non valeant compelli ad interessendum, & assistendum functionibus ecclesiasticis in cathedrali, adest resolutio Sacrae Congregat. Episcoporum. in una Castri Maris 20. Martii 1692. emanata partibus informantibus ad relationem clar. mem. Card. Petrucci nisi adsit contraria consuetudo. **Sacra Congregat. Concil. in Trejana 20. Septembris 1704.** & in Bellicastro. 11. Augusti 1706. Episcopus non debet Clericis permittere ludum alearum; quia *cap. 1. dist. 38. & cap. penult. de vita, & honest. Cleric.* Canones ludum alearum Clericis prohibentes, fuerunt a Concilio Tridentino sess. 22. c. 1. de reform. expresse innovati, ibique abrogantur consuetudines contrariae, & injungitur Episcopis, ut iis non obstantibus, canones quoad hoc observari faciant. Unde a fortiori non debet Episcopus ipse aleis ludere. **Monacell. tom. 3. tit. 2. formul. 6. num. 16.** & alii passim. Quid non possit, nec debeat Episcopus quoad Regulares, & Moniales? Vide *verb. Regularis, verb. Monialis.*

Episcopus nequit prohibere Clericis, ne convenienter Laicos in causis profanis coram Judge Laico **Sacra Congregat. Immu. in Ludertina 20. Decembris 1667. lib. 1. decret. Altov. pag. 183.** Vide apud Riccium in *synops. verb. Prohibitio per tot.*

\* Episcopi jurisdictioni, visitationi, & correctioni subsumunt omnes animarum curam gerentes, vel sacramenta administrantes in ecclesiis Regularium, in iis, quae ad dictam curam & administrationem pertinent. Quod intelligitur de jurisdictione ordinaria, non vero delegata. **Benedicti XIV. tom. 1. constit. 109. incipit. Firmandi, §. 2.** Hinc fas est Episcopo in pastoralis visitatione talium ecclesiarum, inspicere altare illud, in quo tabernaculum SS. Eucharistiae tenetur; item fontem Baptisterii, confessionale parochi, pulpitum est quo parochus jus habet annunciandi verbum Dei, sacramentum, in quo servatur sacra superpellex ad sacramenta ministranda, sepulchrum, cimeterium parochiae; turrim etiam campanariam, si adsint campanae ad parochiam spectantes ac demum sacra vasa, in quibus particulae consecratae asservantur vel sacra olea Baptismi, & Extreme Unctionis, demum pilam aquae benedictae.

Episcopus cognoscere potest de vita, & moribus Parochi Regularis, iis exceptis, quae pertinent ad observantiam disciplinae regularis. **Idem ibid. §. 8.** Delinquentem parochum Regularium corrigere potest, in quo cumulativam jurisdictionem habet cum Superiore Regulari, & quidem cum preponderantia. **Idem ibid. §. 10.** Et ipsum removere etiam potest absque consensu Superioris Regularis. **Idem ibid. §. 20.**

Episcopi consensus, & approbatio necessaria sunt, ut Regularis animarum curam assumere queat. **Idem ibid. §. 11.** Etiam in ecclesiis ab ipsis jurisdictione, & visitatione exemptis, ratione residentiae ordinariae Superioris Generalis. **Idem ibid. §. 16.**

132 Episcopi Cardinales Episcopatum suburbicarium plenam, & privativam jurisdictionem habent in prima instantia in suos subditos intra fines suarum diocesium. **Idem constituit. 115. incipit. Romane Curiae §. 20.**

133 Episcoporum Latinorum jurisdictione ordinaria in Graecos & Albanenses in diocesis suis commorantes assertitur. **Idem constituit. 57. incipit. Etsi Pastoralis §. 9.**

134 Episcopi Graeci Latinos ordinare nequeunt, sub pena suspensionis. **Idem ibid. §. 7.** Episcoporum Graecorum Melchitarum jurisdictione assertitur adversus attentata Praelatorum Maronitarum. **Idem constit. 87. incipit. De mandata §. 12.** Episcopi regnum Madurensis, Maysurensis, & Carnatensis jurare debent observantiam constitutionum apostolicarum. **Idem constituit. 107. incipit. Omnium sollicitudinum §. 17.**

137 Episcopus non potest in totum jus episcopale dimittere, & propria auctoritate ecclesiam, aut monasterium a sua jurisdictione ordinaria immunem efficere, sed opus est privilegio apostolico. **Idem tom. 2. constituit. 40. incipit. Causarum palatii apostolici.**

138 Episcopi diocesanis consensus a Romanis Pontificibus exquiri consuevit ad concedendam monasteriis plenam exemptionem ab eorum ordinaria jurisdictione. **Idem ibid.**

139 Episcopi jurisdictionem habent in civilibus in omnes

140 Regulares. **Idem tom. 2. constituit. 7. incipit. Pontificia.** Item in Regularibus extra claustra degentes inmodam jurisdictionem habent tamquam Sedis Apostolicae delegati. **Idem ibid.** Episcopi in regularibus animarum curam exercentes in Indis tam Orientalibus, quam Occidentalibus, & in eorum ecclesiis, in his, quae ad hujusmodi curam pertinent, legitimam jurisdictionem habent ad formam Concilii Tridentini, & constitutionum Apostolicarum. **Idem constituit. 1. incipit. Quamvis ad confirmandum. (Vid. verb. Jurisdictio, vers. Tam constans est: in add. hier.)**

142 Episcopi in his, quae pertinent ad missarum celebrationem, procedere possunt contra quoscumque etiam exemptos tamquam delegati Sedis Apostolicae. **Idem constituit. 17. incipit. Accipimus.** Episcopus concedere nequit licentiam iterandi sacrificium sine gravi necessitate. **Idem constit. 3. incipit. Declarasti Nobis.**

144 Ad Episcopum spectat licentiam concedere, ut Sanctissimum Sacramentum publice exponatur. **Idem constituit. 5. incipit. Accipimus in civitate.**

145 Episcopus tenetur sequei iudicium patroni ecclesiastici in electione dignioris inter approbatos ad examinandum, si nemo adversus patroni iudicium reclamet. **Idem constit. 4. incipit. Redditi Nobis.** Contra vero, si inter approbatos ab examinatore sit qui reclamet a praefactione patroni. **Idem ibid.**

147 Episcopus denegare nequit Clerico, atque etiam Canonico, & Parocho, licentiam ingrediendi religionem. **Idem constituit. 25. incipit. Ex quo. (Vid. leg. 10. tit. 7. p. 1. quae idem asserit.)** Episcopus juxta Innocentium IV. sententiam revocare potest secularem Clericum a claustris religiosis, quando ecclesia ex illius digressu gravius ledatur. **Idem ibid.** Episcopus quomodo providere debeat animarum curae, & quoad beneficia choralia, dum Parochus, seu Canonici religionem ingressus, nondum professionem emisit, assignatur ab eodem Pontifice, **ibid.** nempe quod pro eo tempore, quoad beneficia curata, debeat id ipsum agere, quod aliis praestare consuevit, quum Parochus aliquo impedimento de tineret, ne animarum curam exercere valeat. Et quoad beneficia choralia, relictiis Tironi Religioso, qui choro interesse nequit, ipsius beneficii fructibus, de distributionibus ita statuet ut jura praescribant, juxta opinionem in praxi receptam. **Vide tom. 5. verb. Novitius num. 24. ad 27.** ubi expresse de his.

151 Episcopus potest retinere penes se unum, vel duos Canonicos, qui pro residentibus habeantur; c. de cetero §. 5. cap. Ad audientiam 15. de Clericis non residentibus.

152 Et istos Canonicos pro suo servitio potest assumere sive ex cathedrali, sive ex collegiata; sic declaravit **Sacra Congregat. Concil. in Colonien. 9. Septembris 1628.**

153 & in Cajetana 1. Septembris 1663. Item potest assumere

duos Beneficiatos, seu Mansionarios, sive ex cathedrali, sive ex collegiata suae diocesis, ita tamen ut ultra duos ex omnibus ipsis non adsumat. **Sacra Congregat. in Avenion. 7. Januarii 1640.** Non potest autem ipsos assumere, si habeant curam animarum; ead. **Sacra Congregat. in Montisfalconis 26. Aprilis 1659.** vel sint Canonici Coadjutores; ead. **Sacra Congregat. 15. Januarii 1684.**

Dicti autem Canonici, seu Beneficiati ab Episcopo ad suum servitium assumpti, si absint a choro, lucentur quidem fructus suarum praebendarum; sed non quotidianas distributiones. Et si redditus omnis ipsis distributionibus constet, duas tantum ex illarum tribus partibus lucentur; sic expresse ead. **Sacra Congregat. in Sorana 22. Aprilis 1679.** Uti idem dicendum venit de Canonicis comitantibus suum Episcopum in visitatione diocesis, quamvis si ipsum comitentur in visitatione sacrorum liminum, vel ad ipsa visitanda deputentur, omnes distributiones lucentur, ut pluries resolvit ead. **Sacra Congregat. & signanter in Brixien. 18. Septembris 1626. in Sulmonen. 5. Decembris 1626. in Regien. 18. Decembris 1627. & in Pennen. 1. Octobris 1672.** apud Card. Lambertini. *volum. 5. in Regalis circa servitium Chori.* Vide *verb. Distributiones quotidianae art. 1. d. num. 40.*

Episcopus duarum ecclesiarum unitarum in die Coenae Domini non potest in utraque missam celebrare, sed debet uno anno dicta celebrare in una, & inibi chrisma conficere; & alio anno in alia id ipsum facere, & ab una ad aliam chrisma consecratum transmitti; **Idem constit. 3. incipit. Declarasti.**

Albaniae Episcopis facultas conceditur concordandi, transigendi, atque etiam relinquendi bona ecclesiastica Albanis, licet injustis detentoribus, ad praevocanda deteriora incommoda; **Benedictus XIV. tom. 4. Constitut. 33. incipit. Cum Encyclicas,** in qua praefatis Albanis Episcopis traditur methodus, qua satagant, ut a Catholicis illius regionis sua Ecclesiis bona restituantur, vel aliquo modo super illis transigatur, & si neutrum queat obtineri, facultas sit Episcopis derelinquendi fundos, fructusque possessoribus, eosdemque absolventi a censuris. Videatur hac de re in tom. 3. ejusdem Bullarii constitutio 57. incipiens, *Urben Antibarum;* in qua idem Pontifex multa tradit merito consulenda de bonis ecclesiarum, quae semel ab infidelibus occupata, deinde in christianorum potestatem evenerunt.

Veronensis Episcopi, ordinaria privativa auctoritate in civitatem, universamque diocesim Veronensem redintegrata, definitur jurisdictione, qua idem Episcopus in Capitulum, subjectisque tum ipsi, tum monasterio S. Mariae in Organis Veronen. Parochiales, ac simplices ecclesias, & in personas earum servitio addictas, utatur; **Benedictus XIV. tom. 4. constituit. 59. incipit. Regis pacifici,** in qua, narrata Aquilejensis Patriarchatus totali extinctione, & in ejus locum duorum Archiepiscoporum Utinensium nempe, ac Goritientis, erectione cum suis respective diocesis, & suffraganeis ipsis ab eo assignatis jam in constituit. *incipit. Injuncta Nobis;* multa per 45. paragraphos statuit, merito ibi videnda & observanda; In ipsa inter alias, §. 14. confirmat privilegium jam ab ipso concessum Canonice Cathedralis Veronensis in constituit. *incipit. Praeclara decora;* libere utendi palmula seu Buggia, tam in solemnium quam in privata missarum celebratione in Cathedrali, & extra eam.

Quoad facultatem Episcoporum suspendendi Clericos ab ordinis exercitio ob occultum crimen in foro externo non probatum, confert hic addere, quae assertit **Benedictus XIV. de synodo diocesis, lib. 12. cap. 8. d. num. 3. ad 5. inclusive.** Ibi ut sequitur. **Concilium Tridentinum, sess. 14. cap. 5. de Reform. decrevit: Ei, cui ascensus ad sacros ordines a suo Praelato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promovendi faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, sive honores, restituito suffragetur.**



tur. Ex quibus verbis colligitur posse Episcopum ob occultum crimen, etiam extrajudicialiter cognitum, non solum Clericis prohibere ascensum ad superiores ordines, sed etiam a suscepti jam ordinis decreti parte, ubi de suspensione est sermo, non ieritur illa verba: etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter, constans nihilominus, & perpetua Sacrae Congregationis Concilii sententia fuit, ob continuationem sermonis, censi repetita, eaque utrumque casum complecti, Ab Episcopo siquidem Aleriensi interrogata: *An verba illa, ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter, expressa dumtaxat in prima parte periodi, censeantur repetita in secunda parte, adeo ut inde colligi valeat, Praelatum nedum posse ob occultum crimen extrajudicialiter interdiceri suo subito ascensum ad ordines, sed ibidem ob occultum crimen posse etiam extrajudicialiter illum suspendere ab ordinibus jam susceptis* Sacra Congregatio die 24. Novembris 1657, re sedulo examinata, censuit, non recedendum ab antiquis declarationibus super hoc eodem dubio pluries datis, ac prout affirmative respondit, lib. 21. Decretor. pag. 134. & coherentem ad hanc responsum eadem Sac. Congreg. die 16. Decembr. 1730. sustinere dixit, suspensionem a divinis ab Episcopo Capriano ex informata tantum conscientia duobus Sacerdotibus inflictam, uti videre est in *Thesaur. Resolut. tom. 5. pag. 81.* Idemque responsum dedit in causa *Oritana, seu Tarentina* 20. Augusti 1735. *ejusd. Thesaur. tom. 7. pag. 115.*

163 Adeo porro verum est, posse Episcopum virtute praedicti decreti, ex causa sibi nota, Clericum interdiceri tam Sacrorum exercitio, quam ascensu ad altioris ordinis gradum, ut neque teneatur causam suspensionis, seu delictum manifestare ipsi reo, sed tantum Sedi Apostolicae, si suspensus ad eam recursum habuerit; Quod totidem verbis a Sacra Congregatione responsum legitimum Episcopo Vercellensi die 21. Maii 1643. lib. 17. Decretor. pag. 170. & sequent. Atque universim loquendo, Episcopum renuentem alicui ordines conferre, nullo jure obstringi ad manifestandum causam, cur eum repellat, neque ei, qui repulsus est, ullam competere appellacionem, sed tantum permitti adire Sedem Apostolicam, eisque suas querelas exponere, ead. Sacra Congreg. diserte declaravit, cum ad Cardinalem Antonium Barberinum Archiepiscopum Remensem, apostolica limina visitantem, atque hac ipsa de re Sacrae Congregationis sententiam suscitantem, die 20. Aprilis 1668. in hunc modum respondit: *Cum nullus ordinari debeat, quem Episcopus sua ecclesiae utilem, aut necessarium non judicaverit, Congregatio non semel declaravit, ab hujusmodi judicio nullam dari appellacionem, sed recursum dumtaxat ad Sedem Apostolicam, qua, juxta ipsius Congregationis sententiam, per Gregorium XIII. felic. recordat. approbatam, quotiescumque Ordinarius recusaverit quemcumque ordinare, Metropolitanum, aut viciniori Episcopo committit, ut ab eorum Ordinario prius requiratur causam recusationis, quo legitimum non allegante, licet illi eundem recusatum ordinare. Itaque si qui ex diocesanis Episcoporum Eminentiae vestrae provincialium Sedem Apostolicam adierint, juxta praenarratam formulam, eorum querimonias consuletur, cui formula, ut unum in praesens addatur, censuerunt expedire EE. PP. videlicet, ut Metropolitanus, aut vicinior Episcopus, antequam committas sibi partes, exequi aggrediantur, paterne curent, ut illi demum apud suos Episcopos per tres vires suppliciter petant.* Lib. 16. *Literar. Visitationis Sacrorum Liminum*, pag. 401.

164 Ex hoc vero, quod suspensus ab Episcopo ob occultam causam, quam tamen Episcopus sibi notam asserit, appellare nequeat ad Superiores, necessario consequitur, quod si nihilominus appellacionem interponere, ejusque obtentu in altari ministrare seu quovis modo suum ordinem solemniter exercere praesumat, statim incidat in irregularitatem. Quidquid enim in contrarium senserint nonnulli Doctores, ita expresse definit Sacra Congr. Concilii in *Sagonen.* 21. Junii 1625. lib. 4. *Possitio* pag. 1. ubi haec adnotantur. *Episcopus Sagonensis ex facultate sibi attributa decreto Concilii cap. 11. sess. 14. ex causis sibi notis suspendit Parochum ab exercitio curae;*

sed ille appellavit, & praepcepto Episcopi contempto, celebravit, & curam exercuit. Queritur an a dicta suspensione detur appellatio, ita ut Parochus, non obtrahat appellacione interposita, per exercitium curae effectus fuerit irregularis? Sacra Congr. Concilii censuit ab hujusmodi suspensione non dari appellacionem, & Parochum, qui Sacramento, ut supra, ministravit, irregularitatem contraxisse.

Episcopi, quibus usque modo concessa est facultas impediendi benedictionem cum indulgentia plenaria fidelibus in mortis articulo constitutis, ut ea possunt non tantum ad certum tempus, quemadmodum limitatur in Brevis ab illis impetratis, sed quandiu in diocesi, cujus intuitu illam obtinuerunt, permanserint. Habent etiam facultatem subdelegandi alios pios Sacerdotes, quotquot judicaverint opportunos, ut ipsis Episcopis impediatis eandem indulgentiam conferant. Subdelegati vero ea facultate ad se transmissa ut possunt pro tota diocesi, vel territorio, cui destinati sunt, quoadusque in hoc munere perseverant, etiamsi Episcopus delegatus obierit. Demum facultates istae deinceps conceduntur perpetuo omnibus, & singulis Episcopis, qui literas ea de re petierint, quam etiam facultatem obtinent Praelati inferiores, territorium separatim habentes cum vera qualitate Nullius, & activa jurisdictione in Clerum & Populum. Ita sancit Benedictus XIV. constit. incip. *Pia mater*: edita ann. 1747. nonis Aprilis, in qua etiam ritum hujus benedictionis praebet.

Episcopi in sua synodo non potest quidem definire quaestiones de Fide, sed prohibere potest errores jam ab ecclesia proscriptos, ut ex Gonzalez in *cap. Vestrae dicitur*; De synod. diocesis. lib. 6. cap. 4. §. 7.

Episcopi in synodo fas non est quidem rem aliquam inter Doctores controversam definire: sed praxim prohibere, uti v.g. non licet illis pronuciare, utrum jejunii essentia in abstinentia a carnibus tota consistat; sed etiam ante Bullam Benedicti XIV. jus illis fuit injungere, ut qui dispensationem ad carnes diebus jejunii vescendas obtinuerant, unicam comestione servarent. De synod. diocesis. lib. 7. cap. 3. §. 1.

Episcopo ex epicheja fas est aliquando in iis praesertim, quae dilacionem non patiuntur, nec facile Summus Pontifex consuli potest, circa jus commune relaxare, ut decisum a Sacra Congr. Concilii refertur *ibid. lib. 7. c. 17. §. 1.* Id tamen non nisi in speciali rerum articulo, neque ea de re statutum universale concedere potest, ut ex communi DD. *ibid. §. 2.*

Ad diocesanum Episcopum pertinet ecclesias consecrare, eisque fas est id muneri demandare alteri Episcopo, minime vero Presbytero, etiam cum oleis ab ipso Episcopo benedictis. Ita ex DD. *ibid. lib. 13. cap. 15. §. 2. nov. edit.*

Consecratas insuper ecclesias, atque pollutas nemo praeter Episcopum diocesanum reconciliare potest, nec fas est id muneri demandare Presbytero quamquam cum aqua ab Episcopo benedicta. Si tamen ecclesia non fuerit consecrata, sed tantum benedicta, facultas dari potest, ut per simplicem Sacerdotem, adhibita tantum aqua lustrali, ecclesia polluta reconcilietur; *ibid. lib. 13. c. 157.*

Episcopo curandum est, ut legata pia impleantur, quod praestare ipse potest, etiamsi prohibitus fuisset a testatore; ut ex *cap. sua nobis, de Testam. (verbi Testamentum).*

Quod si testator executores reliquerit sui legati, & ei in casu quod segniter agat, alterum substituat, tunc Episcopus, si subdelegatus etiam segniter egerit, curam ejus exequendi in se suscipere debet; quod valet etiam in omnibus piis dispositionibus, tam in ultima voluntate factis quam inter vivos, ut ex Trident. *sess. 22. de ref. cap. 8.* valet etiam non solum pro Episcopis, sed etiam pro Praelatis inferioribus habentibus territorium separatim, & jurisdictionem quasi episcopalem; De synodo *lib. 13. cap. ult. §. 1. & 2. nov. edit.* valet etiam pro Vicario Capitulari Sede vacante, ut in legato de missis statuit Sacra Congregatio, *ibid. §. 2.*

Fabrica S. Petri in Vaticano in locis suae auctoritatis subjectis (non enim sunt omnia) non se immiscet jurisdictioni-

ditioni Episcoporum in ordine ad legata pia, & missarum onera, nisi post annum ab obitu Testatoris, quo anno elapso plurimum voluntatum executioni se immiscet, etiamsi judicium coeptum ab Episcopo terminatum non fuerit, ut ex DD. constat, *ibid. §. 3.*

Plura profecto hic habet *Autor.* Sed; & dicta ab eo magis illustrari possent, tum alia possent addi. Sed ne limites egrediamur additionum haec tantummodo afferimus.

174 Episcopatus sane post electionem ante possessionem de jure canonico antiquo poterat ea omnia exercere, quae pertinent ad jurisdictionem, & signanter conferra beneficia. Idque quae in ipso momento factae electionis consummabatur vacatio ecclesiae, ut sequendo originalem theoreticam Glossam in *cap. 15. verb. de talibus de Electim.* firmat Germon de *Indult. Cardinal. §. Nec non quarumcumque num. 3. & dub. sequent. Matta de Cur. Consistorialib. sed. 2. num. 39.*

176 Sed experientia compertum fuit, quod Episcopi hac abutebantur potestate; Refert abusus hosce Rota in *Cardub. Beneficiorum 3. Decembris 1696. cor. bon. mem. Ursino.* Factum hinc fuit, ut Bonifacius VIII. in *Extravagant. Injunctae de election.* hanc ipsi ademerit potestatem, & ita quidem ut deinde Episcopi non nisi apprehensa possessione eam exercere potuerint, possintque etiam nunc.

178 Episcopatus nequit ecclesias de non numerata reddere numeratas. Haec enim immutatio non nisi S. Sedi competit, ut firmat Piton. *discept. eccles. 17. num. 45.* Rota in *Colonien. nominationum ad Canonicatus 1. Julii 1729.* Fas abque eo quod, *coram bon. mem. Ratio inter impressas dec. 249. num. 8.*

179 Episcopi Germaniae anno 1630. a Sacra Congregatione de Propaganda Fide potestate donati sunt disponendi in conservacionem, tum augmentum catholice religionis bona ab haereticis recuperata, vel recuperanda. Sed dispositio haec sine apostolico benedictione perfici nequit.

180 Episcopus, cui potestas est mutandi Canonicos de una ad alteram ecclesiam unitam, potest mutationem hanc facere abque ipsorum consensu, causaque expressione; Rota in *Gienn. Juris mutandi 28. Junii 1702. §. Et sane coram bon. mem. Pio. 133.*

(Per remissiones num. 76. praeventas comprobatur, quem effectum, quibusque praemis uniones, suppressiones beneficiorum, ac similes gratias apostolicas esse consequuturas; ceterum, cum prosit aliquid, aliquarum literarum apostolicarum (praeter exhibitas) demonstrationem fieri, in medium afferuntur, quae ad preces Catholici Regis D. D. Ferdinandi VI. fuere a Sanctitate D. Benedicti XIV. expediti mandata post quatuor annorum curricula ab eo tempore, quo *(vid. lit. B. ex pag. 358. ad usque 369.)* idem Rex Catholicus in omnia jura Romano Pontifici super collatione quorundam beneficiorum competentia, est subrogatus.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Divinae bonitatis abundantia ad Sacrosanciam Principis Apostolorum Sedem evecti, ut ecclesiis singulis, praesertim illis, quae alias praecellunt, honorificentiori modo, quo decet donum Dei, ab illarum Ecclesiasticis Ministris in eis numero plurimis deserviat, supremam, qua in terris fungimur, auctoritatem libenter impendimus, votisque Catholicorum Principum id ferventi studio exoptantium, paternae benignitate annuimus, ac opportunum desuper provisionis nostrae remedium affere procuramus, prout arbitramur in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum, sicut accepimus, alias dilecti filii moderni Capitulum, & Canonici metropolitanae ecclesiae Burgensis animadvertisserint, ipsam metropolitanam ecclesiam, qua una ex principalioribus regnorum Hispaniae

rum ecclesiis existit (In qua octodecim dignitates, scilicet unus Decanatus, ac unus Archidiaconatus de *Burgos* nuncupatus, & una Capiscolia, ac alii tres Archidiaconatus, unus videlicet de *Lara*, ac alius de *Valenzuela*, seu *Palenzuela*, & alius de *Treviño* respectivè nuncupati, & unus Thesaurarius, & una Scholastricia, alique duo Archidiaconatus unus videlicet de *Bribricoa*, & alter de *Valpuedra* pariter respectivè nuncupati, & septem Abbatis, una videlicet de *Salas*, & alia de *Fonca*, & alia de *Castrogera*, & alia de *San Quirce*, & alia de *San Millan*, & alia de *Cervoato*, & reliqua de *Gamonal* similiter respectivè nuncupata, ac unus Prioratus; necnon quadraginta tres canonicatus, totidemque praebendae, quorum, & quarum unus, & una Officio Inquisitionis contra haereticam pravitatem in illis capitulis canonicè erecto, ac alius, & alia magisterio capellae Musicorum ejusdem metropolitanae ecclesiae; absque tamen praerogativa vocis in Capitulo, sunt apostolica auctoritate perpetuo unitus, & unita, & respectivè affectus, & affecta; & quatuordecim integre portiones, quarum una praefato Archidiaconatu de *Valpuedra* nuncupato, & duae aliae duobus magistris ceremoniarum, ac aliae quatuor totidem Subcantoris, duabus videlicet de die, & duabus de nocte respectivè vulgo nuncupatis, in eadem metropolitana ecclesia existentibus, etiam respectivè sunt annexae, seu affectae; & viginti dimidia portiones, in quibus duae videlicet duobus Curatis, seu Rectoribus ecclesiae parochialis Sancti Jacobi in eadem metropolitana ecclesia existentis, aliaeque duae duobus ejusdem metropolitanae ecclesiae Organis, ac aliae quatuor totidem ipsius metropolitanae ecclesiae Musicis de voce nuncupatis, pariter respectivè affectae comprehenduntur; ac denique novemdecim perpetuae sine cura capellaniae de choro, vel de numero respectivè nuncupatae numerantur debitum in divinis, prout ejusdem metropolitanae ecclesiae praclaritas exigit, servitium, & ministerium non consequi; attento, quod octo priorae dignitates de mensa nuncupatas, & praecisam residentiam requirentes, ac canonicatus, & praebendae, ac integras, & dimidias portiones hujusmodi pro tempore respectivè obtinentes, ob earum, & eorum respectivè reddituum tenuitatem, congruè, ac prout decet, eidem metropolitanae ecclesiae deservire, ac ministrare non possunt; reliquis autem decem dignitates rurales nuncupatas, ac de mensa non existentes, quarum ex eis quinque priores pingues, posteriores vero quinque modicos redditus habent, pro tempore respectivè obtinentes, ad residentiam hujusmodi, nec in dicta metropolitana, neque in aliis ecclesiis faciendam obligati existunt: congruentiusque fore ad debitum in praefata metropolitana ecclesia servitium hujusmodi assequendum, quod Beneficiorum numero in ea diminuto, illi, qui superessent omnes ad praecisam hujusmodi residentiam adstringerentur, ac de praefatis redditibus aliter, quam antehac, participarent; demumque alia, prout opportunius visum foret, staterentur: ipsi moderni Capitulum, & Canonici praemissa omnia, & alia non minus tunc existentes Archiepiscopo Burgensi, quam charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Hispaniarum Regi Catholico exposuerunt, ut ipsi apud Nos, & Sedem Apostolicam praeces suas pro infrascriptis a Nobis obtinendis interponerent.

§. 2. Cumque, ut etiam accepimus, praefato Ferdinando Regi, praevio diligenti, ac maturo examine, auditisque desuper tam praedictorum modernorum Capituli, & Canoniorum, quam praedicti tunc existentis Archiepiscopi Burgensis sensu, & informatione, innotuisset, fructus, redditus, & proventus una cum distributionibus quotidianis singulorum quadraginta trium canonicatum, totidemque praebendarum dictae metropolitanae ecclesiae, singularumque octo ex praefatis quatuordecim integris portionibus, ac singulorum sex ex praefatis octo prioribus dignitatibus de mensa nuncupatis, scilicet Capiscoliae, & quatuor Archidiaconatum videlicet de *Burgos*, & de *Lara*, & de *Treviño*, & de *Valenzuela*, seu *Palenzuela* respectivè nuncupatorum, ac Scholastrae ad sex mille regales monetarum illarum partium, quorum tertia circiter pars distributionibus quoti-



dianis est assignata, plus, minusve, annuatim dumtaxat ascendere; Decanatus vero præfati redditus, simul etiam cum distributionibus quotidianis duodecim millium regalium dictæ monetæ annuum valorem attingere; & ad Thesauriarum prædictarum ultra præfatos sex mille regales dictæ monetæ, quos prout singulas ex aliis sex dignitatibus de mensa nuncupatis hujusmodi obtinentes, ut præfertur, percipiunt, ipsam Thesauriarum obtinens etiam percipit, quorundam etiam Præstimatorum fructus quinque millium regalium dictæ monetæ, plus, minusve, valorem annuum constituentes, cum onere certas subventiones fabricæ dictæ metropolitane ecclesie subministrandi, spectare, ac pertinere; & singularum reliquarum sex integrarum portionum hujusmodi, quæ prædictis duobus magistris coremoniarum, & quatuor Subcantoris respectivè, ut præfertur, affecte reperiuntur, redditus, ac distributiones quotidianas non nisi ad trium millium regalium præfate monetæ annuum valorem etiam ascendere, ultra quos præfatis duobus Subcantoris, vulgo de *Dia* nuncupatis, quoddam etiam præstimonium est annexum; itidemque singularum viginti dimidiarum portionum prædictarum redditus, & distributiones quotidianas valorem annuum duorum millium, & ducentorum regalium similis monetæ, partim ex mensa capitulari ejusdem metropolitane ecclesie pro grossa, ut vulgo dicitur, & pro quotidianis distributionibus, partim ob servitium quarundam capellaniarum in eadem metropolitana ecclesia existentium ipsis dimidiis portionibus affectarum, sive unitarum, percipiendorum, non excedere; ac demum prædictarum reliquarum decem dignitatum ruralium nuncupatarum annuos redditus ad eas quantitates, videlicet Archidiaconatus de *Bribiesca* ad decem, & octo mille, & Archidiaconatus de *Valpuedra*, redditibus integre unius portionis ipsi, ut præfertur, annexæ non computatis, ad viginti quinque mille, & Abbatiæ de *Salas* ad triginta sex mille, & Abbatiæ de *Fonceda* ad viginti quinque mille, & Abbatiæ de *Castrogero* ad decem mille, & Abbatiæ de *San Quirce* ad quinque mille, & Abbatiæ de *San Millán* ad quatuor mille, & Abbatiæ de *Cervatos* ad duo mille, & septingentos, & Abbatiæ de *Gamonal* ad mille, ac Prioratus ad mille, & obtingentos regales ejusdem monetæ, respectivè pariter ascendere.

§. 3. Competere etiam, prædictas dignitates, tam de mensa, quam rurales nuncupatas obtinentes (quarum aliquæ, quo videlicet Archidiaconus de *Bribiesca*, & de *Valpuedra* respectivè nuncupati, & Abbatiæ de *Castrogero*, & de *San Quirce*, & de *San Millán*, & de *Cervatos* respectivè nuncupate, primam sedem in eorum titulum collegiatis ecclesiis respectivè obtinent) vocem in capitulo dictæ metropolitane ecclesie nullatenus habuisse, prout neque præfatas viginti dimidiis portiones obtinentes habuerunt; nec ad hebdomadam missarum conventualium explendam, sed tantum ad eas in quibusdam solemnibus anni festis diebus celebrandas obligatos extitisse.

§. 4. Demumque iis, quæ circa dispositionem de dignitatibus, canonicatibus, & præbendis, ac integris, & dimidiis portionibus præfate metropolitane ecclesie statuta reperiuntur; necnon circa jurisdictionem plerisque ipsarum dignitatum competentem, aliisque, ut infra, cognitis, & perspectis, ipse Ferdinandus Rex justis, & ad majus divini cultus incrementum tendentibus eorumdem modernorum Capituli, & Canonicorum dictæ metropolitane ecclesie votis, eidem Ferdinando Regi perquam acceptis expletum, si infrascripta à venerabili Fratre nostro Joachimo Episcopo Sabiniensi Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinali Porrocarro nuncupato, præfati Ferdinandi Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam prædictam Administro, ipsius Ferdinandi Regis nomine exposita, videlicet ex dictis quadraginta tribus canonicatibus, & præbendis duodecim canonicatus, totidemque præbendarum, & octo ex dictis quatuordecim integris portionibus, & duæ ex eisdem viginti dimidiis portionibus, necnon una de *Salas*, & alia de *Fonceda*, & reliqua de *San Quirce* respectivè nuncupate Abbatiæ hujusmodi, ac præfatus Archidiaconatus

de *Treviño* etiam nuncupatus, per Nos apostolica auctoritate, ut infra, suprimerentur, & extinguerentur; illorumque, & illarum aliique infrascripti respectivè fructus, redditus, & proventus mensæ capitulari dictæ metropolitane ecclesie ad infrascriptum effectum etiam, ut infra, applicarentur, & appropriarentur; & in parochiali ecclesia Villæ de *Salas* Burgensis diocesis, prævia infrascriptarum trium capellaniarum in ea existentium suppressione, & extinctione, tria perpetua simplicia beneficia ecclesiastica patrimonialia exitura similiter, ut infra, erigerentur, & instituerentur; aliæque, ut infra, staturerentur.

§. 5. Nos igitur omnes, & singulos, quorum favorem eadem presentes concernunt, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; omnibus, & singulis præmissis Nobis sic, ut præmittitur, expositis, pro verificatis, & plenariè expressis habentes; motu proprio, & ex certa scientia, deque apostolica potestate plenitudine, ex dictis quadraginta tribus canonicatibus, & præbendis præfate metropolitane ecclesie duodecim canonicatus, totidemque præbendas, (in quorum duodenario numero etiam ille canonicatus, & præbenda magisterio capelle Musicorum dictæ metropolitane ecclesie annexus, & annexa, seu debitus, & debita comprehendit, & à quo numero hujusmodi unus, & una Magistratus, ac alius, & alia *Lectoratus*, ac alius, & alia *Decoratus*, necnon reliquis canonicatus, & reliqua *Panitentiarum*, respectivè nuncupate præbende accipi respectivè debeant; ita quod deinceps in dicta metropolitana ecclesia viginti, & octo canonicatus, totidemque præbende tantum sint exituri, & exituræ, inter quos, & quas, ut præfertur, exiturus canonicatus, & exituras præbendas hujusmodi etiam ille canonicatus, illaque præbenda, qui, & quæ præfate Officio dictæ Inquisitionis dicta apostolica auctoritate perpetuo unitus, & unita reperiuntur, comprehensus, & comprehensa remaneant; necnon præfatas octo integras portiones (in quarum numero illæ præfate duobus magistris coremoniarum, dictisque quatuor Subcantoris etiam ut præfertur, annexæ, seu affectæ non comprehenduntur) ac duas ex dictis viginti dimidiis portionibus (exceptis tamen illis, quæ uni, & alteri Rectoris, & seu portionibus Curatis dictæ parochialis ecclesie Sancti Jacobi intra dictam metropolitane ecclesie, ut præfertur, existentis, ac duobus Organistis ipsius metropolitane ecclesie, illiusque quatuor Musicis de voce, ut præfertur, nuncupatis ad presens annexæ reperiuntur) ac similiter unam de *Salas*, & aliam de *Fonceda*, & reliquam de *San Quirce* respectivè nuncupatas Abbatis prædictas, ac eundem Archidiaconatum de *Treviño* nuncupatum, ex nunc prout ex tunc, & è contra, postquam tamen illos, & illas, ac illum per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem modernorum duodecim canonicatum, & præbendarum ac octo ex dictis quatuordecim integris portionibus, & duarum ex dictis viginti dimidiis portionibus, ac trium de *Salas*, & de *Fonceda*, & de *San Quirce* respectivè nuncupatarum Abbatiarum, necnon Archidiaconatus de *Treviño* nuncupati hujusmodi possessorum, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem Apostolicam præfatum, ex quocumque decreto vacationis, seu cessionis cujuscumque juris apostolica auctoritate prædicta, in provisione de aliis beneficiis ecclesiasticis eisdem modernis duodecim canonicatum, & præbendarum, ac octo ex dictis quatuordecim integris portionibus, & duarum ex dictis viginti dimidiis portionibus, ac trium de *Salas*, & de *Fonceda*, & de *San Quirce* respectivè nuncupatarum Abbatiarum, necnon Archidiaconatus de *Treviño* nuncupati hujusmodi possessoribus dicta apostolica auctoritate faciendâ apponendo, seu tunc apposito, vacare contigerit, seu ex nunc, si actu nunc illi, ac illæ, aut illorum, seu illarum ali-

aliqui, vel aliqua vacant; ac illorum, & illarum, ac eorum, & earum, ac illius respectivè titulum collativum, denominationem, naturam, & essentialium canonicatum, & præbendarum, ac integrarum portionum, & dimidiarum portionum, ac de *Salas*, & de *Fonceda*, & de *San Quirce* respectivè nuncupatarum Abbatiarum; necnon Archidiaconatus de *Treviño* nuncupati hujusmodi collativorum, & collativarum, ac collativi, ita quod illi, & illæ collativi, & collativæ, ac collativæ esse desinant, & de cetero uti tales, & talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel aliàs de illis, ac illorum, & illarum quolibet, & qualibet quovis modo disponi amplius nequeat; & si illos, & illas, ac illorum, & illarum quemlibet, & quamlibet ullo unquam tempore conferri, vel impetrari, aut aliàs de illis, ac illorum, ac illarum quolibet, & qualibet quomodolibet disponi contigerit, collationes, impetrationes, & quævis aliæ dispositiones de illis, & illorum, ac illarum quolibet, & qualibet quomodolibet faciendæ nullæ, & invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nullique suffragentur, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant, apostolica auctoritate præfata tenore præsentium perpetuo supprimimus, & extinguimus.

§. 6. Et quemadmodum dignitatum hujusmodi pletrasque tam per Nos, ut præfertur, suppressarum, & extinctarum, quam imposterum in dicta metropolitana ecclesia extituras respectivè obtinentes jurisdictionem, ac visitandi, disponendique de canonicatibus, & præbendis, ac aliis beneficiis ecclesiasticis pro tempore vacantibus, aliisque jurebus, & præmunitiis in quibusdam prædictæ Burgensis, forsaneque etiam Santanderiensis diocesis locis, & cum gravibus perturbacionibus dilectis quoque Filiis modernis Abbas Secularis, & Insignis collegiatae ecclesie loci de *Covarrubias* ejusdem diocesis Burgensis in diversis ipsis Burgensis, & præfate Santanderiensis diocesis locis omnimoda, & quasi episcopali jurisdictione, necnon jure beneficia ecclesiastica providendi, aliisque respectivè gaudent; tam ab ipsis dignitatibus, ut præfertur, suppressis, & extinctis, & ab illis in dicta metropolitana ecclesia, ut præfertur, extituras, quam ab Abbatiæ præfate de *Covarrubias*; etiam ex nunc prout ex tunc, & è contra, cum primùm dignitates præfate, & Abbatiæ de *Covarrubias* nuncupata hujusmodi quovis modo, ut supra, respectivè vacaverint, seu ex nunc si actu vacant, omnem potestatem, & qualemcumque jurisdictionem, ceteraque visitandi, ac beneficia ecclesiastica providendi, ac reliqua præmunitiaria jura in præfatis locis à dignitatibus præfatis, & Abbatiam de *Covarrubias* nuncupatam hujusmodi obtinentibus exerceri solitam, & solita, non tamen illam, & illa dilectio similiter filio moderno, & pro tempore existenti Archidiacono de *Bribiesca* nuncupato in vim cujusdam concordie dicta apostolica auctoritate approbatæ competentem, & competentiam, qua, & quilibet ipse ad presens gaudet, ejusque in dicto Archidiaconatu de *Bribiesca* nuncupato successores gaudere debeant, ac eum, & quibus omnes ipsius Archidiaconatus de *Bribiesca* nuncupati fructus, redditus, & proventus præfate mensæ capitulari dictæ metropolitane ecclesie separati, prout nunc existunt integri etiam imposterum remaneant, apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo aggregamus, & separamus: ipsamque jurisdictionem, ipsaque jura sic per Nos, ut præfertur, segregatam, & separatam, ac segregata, & separata juxta diversorum locorum hujusmodi situationem archiepiscopali Burgensi, & episcopali Santanderiensis respectivè mensis (jure, & facultate dumtaxat, quod, & quæ ad pro tempore existentem Abbatem de *Covarrubias* nuncupatum conferendi canonicatus, & præbendas, ac beneficia ecclesiastica in dicta collegiata ecclesia prædicti loci de *Covarrubias* existentes, & existentia hæcenus spectant, & pertinet, firmo, & firma ipsi remanentibus) cum hoc tamen quod tam ipse pro tempore existens Abbas de *Covarrubias* nuncupatus, quam etiam reliquis dignitatibus in dicta metropolitana ecclesia, ut præfertur, extituras pro tempore respectivè obtinentes, ju-

risdictione, & jurebus hujusmodi destituti, in collegiatarum ecclesiarum, à quibus nuncupationem hujusmodi dignitatum tituli respectivè desumunt, choro, cum ad ipsas collegiatas ecclesias eos contingat accedere, etiam respectivè præsidere possint, & valeant, & quilibet eorum possit, & valeat, apostolica auctoritate præfata pariter perpetuo aggregamus.

§. 7. Ac prædictam Abbatiam de *Covarrubias* nuncupatam in numerum dignitatum ipsius metropolitane ecclesie, ita quod illa ex nunc, prout ex tunc, una ex ejusdem metropolitane ecclesie dignitatibus inibi extituras conceatur, & sit, quodque illam in futurum pro tempore obtinens, uti verus, & indubitatus dictæ metropolitane ecclesie Abbas de *Covarrubias* nuncupatus à pro tempore existentibus Capitulo, & Canonicis ejusdem metropolitane ecclesie, & ab omnibus, ad quos spectabit quomodolibet in futurum, recognosci, haberi, tractari, & reputari omnino debeat, cum stallo, sede, & loco in choro dictæ metropolitane ecclesie ei, ut infra, assignandis; necnon dictam Abbatiam de *Covarrubias* nuncupatam pro tempore obtinens prædictis omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, præmunitiis, gratiis, honoribus, antelationibus, indultis, & prerogativis, (non tamen titulo oneroso acquisitis) quibus alias dignitates in præfata metropolitana ecclesia, ut præfertur, extituras pro tempore obtinentes, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, & in futurum uti, frui, potiri, & gaudere poterunt, etiam uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licite possit, & valeat, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo cooptamus, & recipimus.

§. 8. Et quod una de *San Millán*, ac alia de *Cervatos*, & reliqua de *Gamonal* respectivè nuncupate Abbatiæ præfate, necnon idem Prioratus, pariter ex nunc, prout ex tunc, & è contra, cum primùm tres Abbatiæ hujusmodi, & illarum quolibet, ac Prioratus prædictus quovis modo etiam, ut supra, vacaverint, uni unum, & unam Magistralem, ac alii alium, & aliam *Lectoralem*, ac alii alium, & aliam *Decoralem*, ac reliquo reliquum Canonicatus, & reliquam *Panitentiarum* respectivè nuncupatas præbendas ipsius metropolitane ecclesie respectivè obtinentibus Canonicis per eos, & eorum quemlibet etiam una cum suis respectivè canonicatibus, & præbendis hujusmodi obtinendæ, & obtinendæ, juxta tamen modum, ut infra, exprimentum, perpetuo affectæ, & affectus existant, & existat, eisque, & non aliis conferri, & assignari debeant, & debeat, apostolica auctoritate præfata itidem perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 9. Quodque præfate octodecim dimidiis portiones dictæ metropolitane ecclesie, ut præfertur, remansuras, in vim infrascripti augmenti, ut infra, assignandi, imposterum ejusdem metropolitane ecclesie portiones denominentur, & sint; ita quod illas in futurum respectivè obtinentes, etiam uti veri, & indubitati dictæ metropolitane ecclesie integri portionarii, habitu tamen per dimidiis portionarios dictæ metropolitane ecclesie gestari solito in nullo penitus immutato, ab eisdem pro tempore existentibus Capitulo, & Canonicis dictæ metropolitane ecclesie, & ab omnibus aliis, ad quos pariter quomodolibet spectabit in futurum, recognosci, haberi tractari, & reputari pariter omnino debeant, cum stallo, sede, & loco in choro etiam, ut infra, assignandis, necnon omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, præmunitiis, honoribus, antelationibus, & gratiis, quibus alias sex integras portiones præfatas in eadem metropolitana ecclesia minime suppressas, & extinctas pro tempore obtinentes utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac in futurum uti, frui, potiri, & gaudere poterunt, etiam uti, frui, potiri, & gaudere possit, & valeant, & quilibet eorum possit, & valeat, dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo declaramus.

§. 10. Omnesque, & singulos, tam ipsorum duodecim canonicatum, totidemque præbendarum, ac octo ex dictis quatuordecim integris portionibus, & duarum ex dictis viginti dimidiis portionibus, ac trium, unius vi-



delicti de *Salas*, & alius de *Foncèa*, & reliquæ de *San Quirce* respectivè nuncupatarum Abbatiarum, ac præfati Archidiaconatus de *Treviño* nuncupati suppressorum, & suppressorum, necnon extinctorum, & extinctarum, ac suppressi, & extincti; quam etiam dictarum trium unius videlicet de *San Millan*, & alius de *Cervatos*, & reliquæ de *Gamond* respectivè nuncupatarum Abbatiarum, ac dicti Prioratus, & præfati Archidiaconatus de *Valpuesia* nuncupati, ac dictarum duarum, unius videlicet de *Castrogeriz*, & alterius de *Covarrubias* etiam respectivè nuncupatarum Abbatiarum, & Thesaurariatus prædicti, ac quibus dilectus Filius modernus, & pro tempore spectans Thesaurarius dictæ metropolitanæ ecclesiæ gaudet, præstimoniorum respectivè fructus, redditus, & proventus eidem mensæ capitulari dictæ metropolitanæ ecclesiæ ex nunc, prout ex tunc, & è contra, cum primùm illi, & illæ vacaverint, seu ex nunc, si actu vacant, respectivè pariter eadem apostolica auctoritate perpetuò quoque applicamus, & appropriamus.

§. 11. Ipsique sic factis applicationibus, & appropriationibus effectum totaliter sortitis, omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus præfate mensæ capitularis dictæ metropolitanæ ecclesiæ undequaque ad ipsam spectantes, & pertinentes ita distribuendos, & dividendos esse decernimus, & statuimus, ut scilicet, deductis in primis tribus mille regalibus dictæ monetæ, cum quibus debet augeri dos dictorum trium perpetuorum beneficiorum patrimonialium in præfata parochiali ecclesia dictæ Villæ de *Salas*, ut infra, erigendorum, & insituendorum, ac toto eo, quod præfata mensa capitularis ejusdem metropolitanæ ecclesiæ dimidiis portionatibus tribuere consuevit, aliisque oneribus, quibus mensa capitularis hujusmodi subjacet, de eo, quod supererit, quinquaginta quatuor portiones cum dimidia æquali, & una tertia parte alterius portionis hujusmodi constituantur; quarum una videlicet cuilibet ex triginta, & uno canonicis totidemque præbendis, ut præfertur, extituris, & duæ præfato Decanatu, ac una cum duabus ex tribus partibus alterius portionis hujusmodi dicto Archidiaconatu de *Valpuesia* etiam nuncupato, ac una cum tertia parte alterius portionis hujusmodi cuilibet ex aliis septem dignitatibus, videlicet Abbatie de *Covarrubias* nuncupate, & Capiscolie, Thesaurariatu, & Archidiaconatu de *Lara* nuncupato, & Archidiaconatu de *Valenzuela*, seu *Palenzuela* etiam nuncupato, & Abbatie de *Castrogeriz* pariter nuncupate, & Scholasticæ, ac duæ ex tribus partibus unius portionis similis præfato magisterio capellæ Musicorum, & dimidia pars unius portionis hujusmodi cuilibet ex duobus magisteriis cœremoniarum dictæ metropolitanæ ecclesiæ, quatuorque illius Subcantoriis (quarum duabus vulgo de *Dra* nuncupatis remanebunt alterius fructus unius præstimonii eis annexi, & uniti) & una quarta pars unius portionis similis cuilibet ex octodecim dimidiis portionibus in integras portiones per Nos, ut præfertur, declaratis, ultra id quod præfata mensa capitularis cuilibet ex dimidiis portiones hujusmodi obtinentibus, etiam, ut præfertur, tribuere consueverit, ac demum eadem quarta pars prædictæ unius portionis singulis tribus, videlicet de *San Millan*, & de *Cervatos*, & de *Gamond* respectivè nuncupatis Abbatibus hujusmodi, & præfato Prioratu assignari, & concedi respectivè debeant: cum hoc tamen, quod ex universa portione hujusmodi summa præfatis Decanatu, & quatuor, uni videlicet de *Burgos*, & alii de *Valpuesia*, & alii de *Lara*, & reliquo de *Valenzuela*, seu *Palenzuela* respectivè nuncupatis Archidiaconatibus, & duabus, uni videlicet de *Covarrubias*, & alia de *Castrogeriz* etiam respectivè nuncupatis Abbatibus, & Capiscolie, & Thesaurariatu, & Scholasticæ, necnon præfatis triginta, & uni canonicis, totidemque præbendis, ac duobus magisteriis cœremoniarum, quatuorque Subcantoriis, & magisterio capellæ Musicorum respectivè concessarum, & assignatarum, ut præfertur, ex quantitate detrahi debeant, quæ pro solvendis ipsis, & ipsas, & ipsum respectivè obtinentibus distributionibus quotidianis antiquis in eodem, quo nunc existunt, statu reman-

suris, requirantur, ac desiderentur: ac deinde pro præfata distributione quotidianarum augmento (juxta modum à præfatis modernis Capitulo, & Canonicis dictæ metropolitanæ ecclesiæ, & pro tempore existente Archiepiscopo Burgensi statuendum, & determinandum, & infrascriptis Judicibus Executoribus præsentium infra sex menses pro illius approbatione ab ipsis Judicibus executoribus reportanda exhibendum constituendo, & ut infra percipiendo) ex præfatis quinquaginta quatuor portionibus cum dimidia æquali, & una tertia parte alterius portionis hujusmodi, exceptis dumtaxat præfatis duabus tertiis partibus unius similis portionis præfato magisterio capellæ, ut præfertur, assignatis (quæ duas tertia partes nullam pro præfato hujusmodi distributionem quotidianarum augmento detractionem patientur) septuaginta duo mille, & quingenti regales præfate monetæ ita erunt detrahendi, ut ex quatuor portionibus cum dimidia æquali alterius portionis similis præfatis octodecim dimidiis portionibus in integras portiones per Nos, ut præfertur, declaratis, ac etiam, ut præfertur, assignatis, tredecim mille, & quingenti regales præfate monetæ; ac ex una simili portione præfatis tribus de *San Millan*, & de *Cervatos*, & de *Gamond* respectivè nuncupatis Abbatibus, & Prioratu hujusmodi etiam, ut præfertur, assignata tres mille regales similes; ac ex una quaque portione singulis præfatis triginta, & uni canonicis, totidemque præbendis itidem assignata mille regales dictæ monetæ, ac ex tribus portionibus præfatis duobus magisteriis cœremoniarum quatuorque Subcantoriis pariter assignatis tres mille regales dictæ monetæ; ac ex novem portionibus hujusmodi cum tertia parte alterius portionis similis septem dignitatibus, videlicet Capiscolie, & Thesaurariatu, & duobus, uni videlicet de *Lara*, & alteri de *Valenzuela*, seu *Palenzuela* respectivè nuncupatis Archidiaconatibus, & Scholasticæ, ac duabus una videlicet de *Covarrubias*, & alia de *Castrogeriz* etiam respectivè nuncupatis Abbatibus similiter assignatis quatuordecim mille regales dictæ monetæ; ac ex duabus portionibus præfato Decanatu pariter assignatis duo mille regales dictæ monetæ; ac ex una portione cum duabus tertiis partibus alterius portionis similis præfato Archidiaconatu de *Burgos* nuncupato etiam assignata tres mille regales dictæ monetæ; totidemque ex una simili portione cum duabus tertiis alterius portionis hujusmodi Archidiaconatu de *Valpuesia* etiam nuncupato pariter assignata, respectivè detrahantur, & deducantur; reliqua summa ex præfatis omnibus portionibus respectivè proventura, ab ipsis, quibus ea sunt concessæ, & assignatæ, tamquam fructus, sive, ut vulgo dicitur, grossa, etiam respectivè percipienda.

§. 12. Interea vero, dum præfate fructuum, reddituum, & proventuum applicationes, & appropriationes dictæ mensæ capitulari, ut præfertur, facte non fuerint effectum totaliter sortitis, ex tantum quantitates pro præfato distributionem quotidianarum augmento erunt detrahendæ, & applicandæ, quæ habita proportione ad id, quod in casu præfate totalis effectuationis ex singulis portionibus præfatis pro hujusmodi augmento detrahi, & applicari debent, ab ipsis juxta eorum augmenti valorem hujusmodi distributionem augenda; respectivè contribui debere reperitur fuerit, ipsisque, quo præfate portiones augebuntur, reliquum, tamquam fructus, seu grossa, ab easdem portiones percipientibus, habita pariter proportione ad illud, quod in præfato casu totalis effectuationis hujusmodi percipere debeant, erit etiam respectivè lucrandum, & percipiendum.

§. 13. Et ut in conquis ad hunc effectum faciendis difficultates non oriantur, quinimodo detractiones, & applicationes præfate facile expediantur, fructus, redditus, & proventus præfate mensæ capitulari, ut præfertur, applicari, & appropriari, dum contingat illos cum effectu applicari, & appropriari, sive incorporari, in ea quantitate, ad quam juxta valoris expressionem supra factam ascendunt, licet major sit fontè, vel minor, necnon quilibet ex præfatis portionibus, ut præfertur, assignatis in summam novem millium regalium dictæ monetæ; ad hujusmodi effectum sint estimandi, & sit estimanda.

§. 14. Præfatum autem Archidiaconatum de *Valpuesia* nuncupatum, præfatasque duas, unam videlicet de *Covarrubias*, & alteram de *Castrogeriz* respectivè pariter nuncupatas Abbatibus, & necnon præfatum magisterium capellæ pro tempore respectivè obtinentes, portiones ipsis respectivè concessas, & assignatas, etiam atque præfate fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi applicationes, & appropriationes integraliter effectum habuerint, respectivè lucrari, & percipere poterunt, & debebunt, cum hoc etiam, quod ex quindecim mille regalibus dictæ monetæ, ad quos præfata una portio cum duabus tertiis partibus alterius similis portionis præfato Archidiaconatu de *Valpuesia* nuncupato, ut præfertur, assignata ascendit, detrahatur summa, quam ex præfatis distributionibus quotidianis antiquis quilibet ex dignitatibus de mensa nuncupatis hujusmodi dictæ metropolitanæ ecclesiæ nunc existentes obtinentibus lucrari potest, & ultra eam summam præfati tres mille regales dictæ monetæ, qui, ut præfertur, pro augmento dictarum distributionum quotidianarum augmento hujusmodi participant, tota, & quod præfatum Archidiaconatum de *Valpuesia* nuncupatum obtinentes ex hujusmodi tribus mille regalibus, quæ non interessant horis canonicis, officisque divinis amiserint, seu lucrari non fuerit, & quod ex duodecim mille regalibus dictæ monetæ, in quibus præfata una portio cum tertia parte alterius portionis hujusmodi præfate Abbatie de *Covarrubias* nuncupate, ut præfertur, assignata similiter sit estimanda, pariter detrahatur summa necessaria pro distributionibus quotidianis antiquis ab ipsa Abbatia de *Covarrubias* nuncupata obtinere equaliter etiam cum aliis præfatis dignitatibus de mensa nuncupatis in dicta metropolitana ecclesia obtinentibus lucrandis, & alterius duo mille regales dictæ monetæ, pro præfato eorumdem distributionum quotidianarum augmento simili modo lucrando detrahatur, idemque proventus quod similes duodecim mille regales dictæ monetæ, in quibus præfata una portio cum tertia parte alterius portionis similis præfate Abbatie de *Castrogeriz* etiam assignata pariter sit estimanda, fieri debent, ex duabus vero tertiis partibus unius portionis similis præfato magisterio capellæ assignatis, (quæ quoad futuros in magisterio capellæ hujusmodi successores dum totalis præfatarum applicationum effectus non sit senatus, in quantitate sex millium regalium præfate monetæ erunt estimandæ, & sequæ quoad eosdem successores, aliam nunquam detractionem patientur, quam ejus, quod pro distributionibus quotidianis antiquis ipsis solvendis, ut præfertur, sit necessarium) ultra id, quod pro ejusmodi distributionibus antiquis dictum magisterium capellæ ad presens obtinenti pariter solvendis considerentur, etiam illud pro præfato distributionem quotidianarum augmento ab ipsis percipiendo, prout, & ab ipsorum Archidiaconatum de *Treviño* nuncupatum, præfatumque suppressum, & extinctum, & ab octo integris portionibus etiam, ut præfertur, suppressis, & extinctis præfatis obtinentibus ad presens percipi debent detrahatur, & deducatur, quod tertiam partem totius quantitatis ipsis, dum ab illis actu obtinente exerceant, accedende constituat.

hujusmodi ex fructibus, redditibus, & proventibus præfatarum trium de *San Millan*, & de *Cervatos*, & de *Gamond* respectivè nuncupatarum Abbatiarum, & præfati Prioratus, ac cuilibet illarum, & illius, respectivè fuerit applicata, & appropriata; ab eisdemque illas, ac quamlibet illarum, ac illum in futurum obtinentibus præfate summe tertia pars pro quotidianarum distributionum hujusmodi augmento, & reliquæ duæ tertia partes, tamquam fructus, & grossa, erit, & erunt respectivè percipienda, & percipiendæ, simul cum portionibus quæ canonicis, & præbendis, quibus, ut præfertur, dictæ tres de *San Millan*, & de *Cervatos*, & de *Gamond* respectivè nuncupate Abbatie, dictisque Prioratus sunt affectæ, & affectus, etiam, ut præfertur, sunt concessæ, & assignatæ. Reliqui vero alias dignitates in præfata metropolitana ecclesia cum illius canonicis, & præbendis, aut portionibus insimul obtinentes, de augmento ex præfatis applicationibus, & appropriationibus proventuro, non nisi ratione dignitatum hujusmodi, quas obtineant, participare poterunt.

§. 16. Quodque omnes dignitates in dicta metropolitana ecclesia deinceps, ut præfertur, extitit, (exceptis illis, quæ uni, & unæ Magistrati, ac & alii, alia *Leclerchi*, ac alii, & alia *Dofarali*, ac reliquis *Canonicis*, & reliquis *Pavitentariis* respectivè nuncupatis præbendis præfatis perpetuò, ut præfertur, sunt affectæ) imposterum cum reliquis canonicis, & præbendis, ac integris portionibus in dicta metropolitana ecclesia, ut præfertur, remansuris, & in ea dimidiis portionibus in integras portiones per Nos, ut præfertur, declaratis hujusmodi, non obstante quacumque consuetudine contraria, incompatibiles existant: quæ tamen incompatibiles ex nunc locum habeat respectu illorum, qui actu duas præbendas in eadem metropolitana ecclesia non obtinent, & futurique in dignitatibus præfatis in dicta metropolitana ecclesia, ut præfertur, extitit, successores, si, & postquam Sacris Ordinibus initiati fuerint, vocem, & votum in Capitulo ipsius metropolitanæ ecclesiæ, prout illius Canonici ad presens habent, habere debeant, portionariis, & Magistro capellæ ab hujusmodi voce, & voto penitus exclusi remanebunt.

§. 17. Quodque ex dictis quatuor dignitatibus, ut præfertur, affectis existentibus primo loco vacatura perpetuò, & invariabiliter affecta remaneat unum tantum canonicum, & unam ex dictis quatuor Magistrati, vel *Leclerchi*, aut *Dofarali* seu *Pavitentarii* nuncupatis præbendis, quem, & quam de tempore vacationis illorum possessor antiquior alia dignitate non gaudens obtinebit, & sic successive quoad reliquas tres dignitates, ut præfertur, affectas deinde vacaturas; cum perceptione tamen dictæ quartæ partis præfate portionis, ut præfertur, concessæ, & assignatæ, dummodo inter fructus, redditus, & proventus dictis quatuor dignitatibus affectis, & ex earum quilibet provenientes, & dictæ mensæ capitulari, ut præfertur, applicandos, & appropriandos, &, ut supra, estimandos ad sit summa, ad eandem quartam partem portionis contribuentiam sufficiens, quæ nisi sufficiat, quilibet illorum perceptione illius quantitas tunc ex eisdem fructibus, redditibus, & proventibus, ut præfertur, applicatæ, & appropriate repetitæ, debeat esse contentus, absque eo quod assignationem integram prætere possit, donec in dicta mensa capitulari ex præfatis fructibus, redditibus, & proventibus, ut supra, estimatis reperitur summa ad eandem integram assignationem subministrandam necessaria, quæ integra assignatione tunc ille Canonici gaudere debeat, qui ex dictis quatuor dignitatibus, ut præfertur, affectis primo loco vacaturam obtulerit, cum hoc etiam quod futuri possessores dictarum de *San Millan*, & de *Cervatos* respectivè nuncupatarum Abbatiarum, quæ in de *San Millan*, & de *Cervatos* locorum dictæ Burgensis diocesis secularibus, & forsan insignibus collegiatis respectivè ecclesiis dignitatis principales existent, & ad quas, dum illæ pro tempore vacant, nominatio personarum idonearum in eis ad institutionem hujusmodi per Ordinem loci, aut alias instituendam ad præfatum determinandum Regem, juxta Concordatam inter Nos, & Sedem Apostolicam